

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6032

Auteur(s) : Guillaume, fils de Ruald de Salerne [particulier]

Bénéficiaire(s) : Richard II de Conteville, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1126-1146]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, fils de Ruald de Salerne, renonce sur le conseil de ses parents aux prétentions qu'il avait émises sur la terre que tenait à Salerne Raoul, fils de Renouf, sur la maison sise dans le bourg de Préaux, les deux acres de prés et la terre d'Épaignes, biens que son frère Thomas, sa mère Agnès lui-même avaient vendus, avec le consentement de ses sœurs, à l'abbé Richard de Préaux contre quarante livres, vingt moutons, vingt porcs et deux chevaux. Une fois Thomas mort à Jérusalem, Guillaume avait nié avoir jamais vendu ces biens à l'abbé Richard. Celui-ci lui donne alors en chapitre, en présence des moines, cent sous, prix de sa renonciation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° A113, p. 107-108.

Indications

Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 3, p. 97.

Dissertation critique

D. Rouet propose : [1126-1146], mardi de Pentecôte.

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, *Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux*, n° A113, p. 107.

Coldreium : Le Coudrai, fief à Saint-Germain-Village, à Condé-sur-Risle. Salernia : Saint-Cyr-de-Salerne et Saint-Pierre-de-Salerne.

Texte établi d'après a

Thomas et Willelmus, filii Rualdi de Salernia, et Agnes, mater eorum, concedentibus filiabus ejus, vendiderunt totam terram quam habebant in Hispania et unam domum in burgo Pratelli et duas acras prati in Tustinivilla quadraginta libris denariorum et XXti ovibus atque XXti porcis cum duobus equis abbati Ricardo de Pratellis et monachis ejusdem loci coram multis testibus et avunculis suis, Ricardo atque Roberto de Coldreio.

Postea vero, mortuo Thoma in via Jerusalem, frater ejus Willelmus oblitus est Dei et pristina venditionis, calumnians terram in Salernia quam tenebat Radulfus, filius Rannulfi, et totam terram de Hispania et domum de burgo Pratelli et duas acras prati quas Thomas, frater ejus, et ipse, jam diximus, vendiderant abbati Ricardo Pratelli, ab eo receptis denariis et pecudibus. Interpellatus autem post hec iste Willelmus a parentibus suis qui

eum noverant ista vendidisse et male hec calumniari. Iterum accepit ab abbate Ricardo, tercio die Pentechostes, in capitulo C solidos denariorum coram conventu monachorum dimisitque omnem suam calumniam super his et in eodem capitulo juravit super quatuor evangelia coram abbate et omni conventu monachorum, astantibus multis viris et parvulis, numquam se hec amplius calumniaturum et quod portaret veram fidem de omni feodo abbati et monachis Sancti Petri Pratelli, posuitque hec omnia super altare sancti Petri jure elemosine pro animabus parentum suorum. Tres etiam sorores ejus inter se habuerunt XV solidos, ut hoc concederent ; quod et fecerunt. Testes ex parte Willelmi : Rogerius de Sprevilla ; Ricardus, Thomas de Coldreio ; Willelmus de Bertoutvilla. Testes abbatis : Paganus de Turvilla ; Willelmus, filius ejus ; Ricardus, frater Pagani ; Robertus, filius Giroidi de Ponte Audomari ; Robertus et Radulfus, filii Herluini de Turvilla ; Giroidus de Aincurt ; Robertus Haslé ; Saffridus Franchet ; Theodericus, cementarius ; Willelmus Maleth ; Rogerius, nepos ejus ; Willelmus Trihan ; Odo, filius ejus ; Osbernus Albus pes ; Hugo, puer Comitisville ; Robertus, vinitor. Hi itaque predicti venditores signum crucis propriis manibus in testimonium veritatis fecerunt.